CAPVT V.

Paucorum verò gubernationis ſpecies vna eſt, in qua magnum habẽtes cenſum ad gubernationem reipublicæ recipiuntur, atque ita magnum, vt tenues homines ad eum peruenire non poſſint, is verò qui tanta poſſidet, habilis ſit ad rempublicam gerendam. Alia ſpecies eſt, cùm à ~~prauo~~ cenſu eſt magiſtratus habilitas, & eligunt ipſi eos ~~qui deſunt~~. ſi igitur ex omnibus hoc faciunt, videtur hoc eſſe potius optimatum: ſin verò ex paruo numero, paucorum potentiæ. Alia ſpecies eſt, cùm filius patri ſuccedit. Quarta ſpecies, cùm hoc fit quod modò diximus, vt lex non dominetur, ſed illi qui regunt. Et hæc ſpecies in paucorum gubernatione correſpondens eſt, vt tyrannis in monarchia, & vt eſt in populari ſtatu vltima illa ſpecies de qua diximus: & vocant huiuſmodi ſpeciem paucorum potentiam. gubernationis igitur paucorum hæ ſpecies ſunt. Nec latere nos debet, quòd multis locis accidit rempublicam quæ ſecundum leges non ſit popularis, more tamen & geſtione populariter gubernari. ſimiliter autem econuerſo apud alios contingit rempu blicam ſecundum leges eſſe popularem, moribus tamẽ & geſtione ad paucorum gubernationem magis referri. Cõtingit autem hoc maximè poſt mutationem rerumpublicarum. non enim ſtatim mutantur, ſed contenti ſunt ab initio homines parua acceſſione potentiæ. Itaque lege quidem manent vt prius erant, præualent tamen qui rempublicam mutauerunt.

magno quibus minor census

CAPVT VI.

Qvod autem tot ſint popularis & paucorum gubernationis ſpecies, ex his patet. Neceſſe eſt enim aut omnes partes populi, quas ſuprà enumerauimus, reipublicæ gubernationem habere, aut quaſdam non habere. Cùm igitur agricolæ, & mediocria poſſidentes rempublicam gubernant, ſecundum leges eſt gubernatio. victum enim ex opera ſua quærere habent, nec otioſi eſſe poſſunt, itaque lege conſtituta, ſolummodo neceſſariis concionibus intendunt. aliis autem recipi ad rempublicam licet, cùm tanta poſſidebunt, quanta determinat lex. omnino enim non licere omnibus, paucorum potentiæ eſt. otiari autem eum qui non reditus habeat, impoſſibile. Hæc igitur

A

Κεφάλαιον ε.

Ὀλιγαρχίας δὲ εἴδη, ἓν μὲν, τὸ ἀπὸ τιμημάτων εἶναι τὰς ἀρχὰς τηλικούτων, ὥστε τοὺς ἀπόρους μὴ μετέχειν, πλείους ὄντας· ἐξεῖναι δὲ τῷ κτωμένῳ μετέχειν τῆς πολιτείας. ἄλλο δὲ, ὅταν ἀπὸ τιμημάτων μακρῶν ὦσιν αἱ ἀρχαὶ, καὶ αἱρῶνται αὐτοὶ τοὺς ἐλλείποντας. ἂν μὲν οὖν ἐκ πάντων τούτων B τοῦτο ποιῶσι, δοκεῖ τοῦτ' εἶναι μᾶλλον ἀριστοκρατικόν· ἐὰν δὲ ἐκ τινῶν ἀφωρισμένων, ὀλιγαρχικόν. ἕτερον δὲ εἶδος ὀλιγαρχίας, ὅταν παῖς ἀντὶ πατρὸς εἰσίῃ, τέταρτον δ' ὅταν ὑπάρχῃ τό τε νῦν λεχθὲν, καὶ ἄρχῃ μὴ ὁ νόμος, ἀλλ' οἱ ἄρχοντες. καὶ ἔστιν ἀντίστροφος αὕτη ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις, ὥσπερ ἡ τυραννὶς ἐν ταῖς μοναρχίαις, καὶ περὶ ἧς τελευταίας εἴπομεν δημοκρατίας ἐν ταῖς δημοκρατίαις. C καὶ καλοῦσι δὴ τὴν τοιαύτην ὀλιγαρχίαν, δυναστείαν. ὀλιγαρχίας μὲν οὖν εἴδη τοσαῦτα, καὶ δημοκρατίας. οὐ δεῖ δὲ λανθάνειν. ὅτι πολλαχοῦ συμβέβηκεν, ὥστε τὴν μὲν πολιτείαν τὴν κατὰ τοὺς νόμους, μὴ δημοτικὴν εἶναι· διὰ δὲ τὸ ἦθος καὶ τὴν ἀγωγὴν, πολιτεύεσθαι δημοτικῶς· ὁμοίως δὲ πάλιν παρ' ἄλλοις, τὴν μὲν κατὰ τοὺς νόμους, εἶναι D πολιτείαν δημοτικωτέραν· τῇ δ' ἀγωγῇ καὶ τοῖς ἔθεσιν, ὀλιγαρχεῖσθαι μᾶλλον. συμβαίνει δὲ τοῦτο μάλιστα μετὰ τὰς μεταβολὰς τῶν πολιτειῶν. οὐ γὰρ εὐθὺς μεταβαίνουσιν, ἀλλὰ ἀγαπῶσι τὰ πρῶτα, μικρὰ πλεονεκτοῦντες παρ' ἀλλήλων. ὥσθ' οἱ μὲν νόμοι διαμένουσιν οἱ προϋπάρχοντες· κρατοῦσι δ' οἱ μεταβάλλοντες τὴν πολιτείαν.

E

Κεφάλαιον ς.

Ὅτι δ' ἔστι τοσαῦτα εἴδη δημοκρατίας καὶ ὀλιγαρχίας, ἐξ αὐτῶν τῶν εἰρημένων φανερόν ἐστιν. ἀνάγκη γὰρ ἢ πάντα τὰ εἰρημένα μέρη τοῦ δήμου κοινωνεῖν τῆς πολιτείας, ἢ τὰ μὲν, τὰ δὲ μή. ὅταν μὲν οὖν τὸ γεωργικὸν, καὶ τὸ κεκτημένον μετρίαν οὐσίαν, κύριον ᾖ τῆς πολιτείας, πολιτεύονται κατὰ νόμους· ἔχουσι γὰρ ἐργαζόμενοι ζῆν οὐ δύνανF ται δὲ σχολάζειν. ὥστε τὸν νόμον ἐπιστήσαντες, ἐκκλησιάζουσι τὰς ἀναγκαίας ἐκκλησίας· τοῖς δὲ ἄλλοις μετέχειν ἔξεστιν, ὅταν κτήσωνται τὸ τίμημα τὸ διωρισμένον ὑπὸ τῶν νόμων.

[διὸ πᾶσι τοῖς κτωμένοις ἔξεστι μετέχειν.] ὅλως μὲν γὰρ, τὸ μὲν μὴ ἐξεῖναι πᾶσιν, ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ δὴ ἐξεῖναι σχολάζειν, ἀδύνατον, μὴ προσόδων οὐσῶν. τοῦτο μὲν οὖν εἶδος